Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497199-p0001-8

Sammelbd - oo

Gr. Form.
D. g. 65

Gesch. & Geogr. f.
~~2. D~~ 167. 6 X

R: Mat: 4 ∽ 5
[illegible] . . 1.
5 5.

Friderich Wilhelm Böttichern

GELRIA CAPTA

à

Sereniſſimo Boruſſiae Rege

FREDERICO.

HAnc quoque praeteritis, Rex invictiſſime, laurum
Adjice: digna tuo nomine, digna loco eſt.
Tandem praevalidam fatis urgentibus urbem
Perfregit Martis vis animoſa tui.
Quam manus, ingenium, circumfuſaeque paludes
Munibant, ne quo poſſet ab hoſte capi.
Quae, prius ad partes quàm deflexiſſet Iberas,
Farneſio turpi munere emenda fuit.
Quam qui tentarunt, (& erant genus acre Deorum)
Credibile eſt coepti poenituiſſe ſui.
Viciſti, Frederice, humiles protenderé palmas
Cogitur, en, Celtae non bene mixtus Iber.
Nec tamen indignas ſubiit te vindice leges;
Iraque tam duro mitis in hoſte fuit.
Jus grave victoris Clementia temperat aequi,
Demittitque animos mens generoſa truces.
Salve magna Deûm proles, Regum optime ſalve:
Tu populis rector, tu pater unus ades.
Sic tegat armatas Victoria certa cohortes,
Et comes in caſtris gaudeat ire tuis.
Sic, tibi qui teneris ſubcreſcit filius annis,
Inter belligeros plurimus exſtet avos.
Sic tua, ſincerae ſtabili pro foedere pacis
Praemetuant hoſtes fulmina, civis amet.

Ianus Broukhuſius.

AB 175530

ULB Halle 3
003 062 570

Sb.

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497199-p0005-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497199-p0006-7

55

GELRIA CAPTA

à

Sereniſſimo Boruſſiae Rege

EDERICO.

ue praeteritis, Rex invictiſſime, laurum
digna tuo nomine, digna loco eſt.
idam fatis urgentibus urbem
lartis vis animoſa tui.
ıgenium, circumfuſaeque paludes
ne quo poſſet ab hoſte capi.
partes quàm deflexiſſet Iberas,
rpi munere emenda fuit.
runt, (& erant genus acre Deorum)
ſt coepti poenituiſſe ſui.
e, humiles protenderé palmas
, Celtae non bene mixtus Iber.
gnas ſubiit te vindice leges;
duro mitis in hoſte fuit.
is Clementia temperat aequi,
e animos mens generoſa truces.
eûm proles, Regum optime ſalve:
rector, tu pater unus ades.
as Victoria certa cohortes,
n caſtris gaudeat ire tuis.
eris ſubcreſcit filius annis,
geros plurimus exſtet avos.
e ſtabili pro foedere pacis
nt hoſtes fulmina, civis amet.

Ianus Broukhuſius.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-497199-p0007-3